



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 45. Silendum etiam cùm multa dicu[n]tur quæ scire videmur, cùm tempora mala, & cùm audimus blasphemias.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)



*Dominus hostiam, sanctificavit vocatos suos. De qua excellentissima & acceptissima hostia est id Psal. 39. 7. Heb. 10. 5. 9. Hostiam & oblationem noluit, scilicet taurorum, hircorum, vitulorum, ut apud Iudæos erant in usu, corpus autem aptasti mihi. Tunc dixi: Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi.*

## CAPVT XLV.

*Silendum etiam cum multa dicuntur que scire videmur, cum tempora mala, & cum audimus blasphemias.*

**S**extum tempus est, cum multa dicuntur quæ etiam scire videmur. Quam doctrinam tradit Ecclesiasticus, Eccli. 32. 12. *In multis esto quasi inscius & audi tacens, simul & quærens.* Contra eos qui iactantiæ causa & ut scioli videantur multa effutiunt non habita ratione loci, temporis, & personarum, qui-

buscum



buscum sermonem miscent. Vnde statim subiicit Ecclesiast. ibidem vers. 13. *In medio magnatorum ne presumas, & ubi sunt senes non multum loquaris.* Rationem dat Salomon, Eccli. cap. 9. 17. *Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quam clamor principis inter stultos.* Huius rei exemplum habemus in Christo Domino, Luc. 2. 46. *Post triduum innecerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, & audientem illos & interrogantem.*

Septimum est, quando tempora sunt mala & vigeant multa scelera; qua de re sic loquitur Amos 5. 11. 12. 13. *Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem, & pradam electam tollebatis ab eo, domos quadrolapide edificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum.* Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra, hostes iusti acci-

Quando  
tempora  
sunt  
mala.



*pientes minus & pauperes deprimen-  
tes in porta, ideo prudens in tempore  
illo tacebit, quia tempus malum est.*

*Cum  
dicun-  
tur  
blas-  
phemiae.*

Octauum tempus est, cum au-  
diuntur blasphemiae, cuius rei ex-  
emplum à Iudæis quos iussit Eze-  
chias rex tacere ad blasphemias  
Rabfaces, Isa. 36. vt supra capit. 37.  
num. 2. adduximus.

### CAPVT XLVI.

*Quibus temporibus maximè conueniat  
tacere religiosos.*

*Tem-  
pore o-  
ratio-  
nis.*

**N**onum tempus omnibus cõ-  
uenit, sed maximè religio-  
sis, orationis scilicet, vti quoq; su-  
perius capit. 36. num. 2. ex D. Hie-  
ronymo docuimus. Quibus ad-  
denda ea quæ ex Cassiano lib. 2. de  
institutis cenobitarum cap. 10. ad-  
duximus in hanc sententiam capit.  
34. num. 1. Vnde & D. Benedictus  
vult vt oratorium seu locum ora-  
tionis summo cum silentio exeant,  
cum inquit cap. 52. regulæ Orato-

rium